Sed de secundo, quid mulier tenetur viro, est sciendum, quod mulier tenetur viro:

Primo eum diligere dileccione casta et munda, solum illum virum diligere et nullum alium et e converso.

Secundo, quod sit fidelis viro. Sic fidelis, quod non sit adultera. De quo Paulus ad Corinthios 7º: *Precipio uxorem a viro non discedere.*

Tercio, quod timeat virum. Non eum sic timere, quia rigidus, iratus et seriosus existit, sed timore sancto eum debet timere. Et timor sanctus est, quando mulier non provocat virum ad peccatum.

Quartum, quod mulier debet obedire viro. Non tamen in omnibus, sed solum in licitis – Genesis 3º: *Sub viri potestate eris.*

Quinto, quod mulier molliter et pulcre debet respondere viro – Proverbiorum 15º: *Mollis responsio frangit iram.*

Sextum, quod mulier tenetur imitare virum in suis laboribus – Genesis
3º: *Non est bonum hominem manere solum,* | *faciamus ergo ei adiutorem,* K 60v^{a}
ubi dicit notanter, 'adiutorem' et non 'spaciatorem'.

Et tantum de tercio principali.

IV.

Quantum ad quartum et ad ultimum est sciendum: Primo, in quibus casibus vir faciendo actus matrimonii cum sua muliere peccant mortaliter et in quibus casibus non peccant mortaliter.

Circa primum – vir faciendo actus matrimonii cum sua uxore peccant mortaliter:

Primus est, quocienscumque vir concupiscit aliam mulierem et non
potest cum ea peccare; si illa intencione a sua petit debitum, peccat | ut D 85v^{a}
adulter. Sic et de muliere.

---

1 secundo] 2º *BDP* (**vyhodit**), secunda *E* **2** viro] virum *D* **3** eum] *om. D* | solum] id est solum *E* **4** nullum] non alium vel nullum *D* **5** Secundo] 2º *BDKP* (**vyhodit**) | sit^{1}] fit (?) *E* Sic fidelis] *om. D* **6** ad] *om. DP* | 7o] VII *BDK* (**vyhodit**), VIIº *EP* (**vyhodit**) | Precipio] Precipue *D* **7** Tercio] 3^{m} *B* (**vyhodit**), Tercium *BD*, 3º *EKP* (**vyhodit**) | Non eum] *om. D* **8** sancto…debet] 2º debet eum *D* **10** Quartum] 4^{m} *BED* (**vyhodit**) **11** 3o] III *BDK* (**vyhodit**) **12** Quinto] 5^{um} *D* | quod] *om. E* | pulcre] plchre *E* **13** 15o] XVº *BEK* (**vyhodit**), *om. D*, 15 *inter lineas P* **14** Sextum] Sexto *ED* | tenetur] debet *E* | virum] virum suum *D* **15** 3o] III *BD* (**vyhodit**), IIIº *KP* (**vyhodit**) | adiutorem] adiutorium *BE* **17** tercio] 3º *BEKP* (**vyhodit**) **21** quartum] 4^{m} *B* (**vyhodit**) | ad^{2}] *om. ED* | Primo] Primum *E* **22** muliere] mulier *E*, uxore *D* | peccant] peccat *D* **23** casibus] *om. D* | peccant] peccat *D* **24** primum] principium *D* | sua uxore] uxore sua *D* | peccant] peccat *ED* **26** Primus] Primum *DP* **27** si] sed *D* | ut adulter]